

minica tertia post Pascha Resurrectionis Domini...

Queritur, an ad. Partu nomine...

Preces Vicarii Generalis...

Respondetur, is verbis...

Clausula.

§.1. Et sicut pro parte memorati Vicarii Generalis...

§.2. Nos igitur ipsam Vicarium Generalem specialibus favoribus...

§.3. Decernentes easdem presentes literas firmas, validas...

§.4. Non obstantibus praemissis, ac Constitutionibus...

Indicatur Capitularibus S. Joannis in Laterano de Urbe...

Plura de iis, quae agenda sunt, & tractanda in Capitulis...

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

CUM sicut accepimus sepius contigerit quod per dilectos filios Archipresbyterum...

§.1. Nos in praemissis opportune providere volentes. Motu proprio...

§.2. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus...

Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris...

Confirmatur Decretum Prioris Generalis Ordinis Eremitarum...

Dat. 7. Januarii 1678. An. 2.

Causa Constitutionis.

Præcipitur sub excommunicatione...

Clausula.

D.

De hac Alternativa Officiorum vide quae notavimus...

Dat. 26. Januarii 1678. An. 2.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Series facti paucis hic expressis...

PRO parte Charissimi in Christo filii Nostri Caroli Hispaniarum Regis...

Decretum Prioris Generalis...

Primum alternativa instituta fuerat...

Dein confirmata & innovata...

Item ejus innovatio confirmata...

neret, petente Eminentissimo, ac Reverendissimo S. R. E. Cardinali...

§.2. Dilecto filio Nicolao Oliva Priori Generali Ordinis Fratrum...

§.1. Magister Frater Nicolaus Oliva Senensis totius Ordinis...

A Carolo II. proposita fuit alternativa moderatio.

Necessaria facultas petita fuit a Innoc. XI.

Breve pro hac facultate.

Causa moderationis.

F

cessa catenus revocaverit, cassaverit, & annullaverit, ac viribus, & effectu evacuaverit, ita tamen, ut facultates transferendi pensiones hujusmodi pro ea parte, quae medietatem fructuum etiam incertorum, vel distributionum, quatenus super illis essent impositae, non excederet, firmas, & illas remaneret, & insuper voluerit, & ordinaverit, eos, qui praetextu excessus medietatis fructuum, seu distributionum hujusmodi partem pensionum translatarum solvere recusarent ad excessum ipsum probandum teneri, nec interim istius dispositionis praetextu processum executivum, aut solutionem integre pensionis, quatenus alias illis locus esset, impediri, aut retardari debere, & alias, prout in eisdem Urbani praedecessoris Constitutione desuper edita, & in Cancellaria Apostolica anno Incarnationis Domini 1624. die 24. Januarii publicata, cujus tenorem praesentibus pro plene, & sufficienter expresso, & inserto haberi volumus, uberius continetur.

Translationes vero jam peractae, ut tenore tenentur, ostendendum erat, medietatem excessisse.

Causa Constitutionis.

§.2. Verum cum quotidiano experimento comperit sit, praenarratae Constitutionis hujusmodi dispositionem Ecclesiis, & Beneficiis pensionum hujusmodi onere gravatis, illasque obtinentibus, qui excessum medietatis fructuum istidem pensionibus gravatorum probare, & interea donec rei iudicatae desuper obtinerint, pensiones ipsas solvere tenentur, parum esse proficuum, & e converso tam transferentibus, quam translatis pensionum hujusmodi non modicum afferre incommodum, illis quidem quod propter ignorantiam tum veri valoris annui fructuum, & distributionum, tum quantitatis aliarum pensionum, desuper reservatarum, frequentissime, ac fere semper dubii sint, & incerti, quas pensiones transferre possint; his vero quod lites super pensionibus in eos translatis, quas Ecclesiarum, & Beneficiorum hujusmodi possessores, sub praetextu excessus praedicti impugnant, sustinere, & prosequi cogantur, ita ut ejusmodi lites discutendis, & decidendis Tribunalia assidue fatigentur; partes vero arumnosis dispendiis praegraventur:

§.3. Hinc est, quod Nos litibus, & dispendiis hujusmodi ansam praedidit, ac tam Ecclesiarum, & Beneficiorum praedictorum exonerationi, quam illius, & illa obtinentium, necnon eorum, quibus ejusmodi facultates transferendi pensiones ab hac Sancta Sede concessae sunt, & in posterum concedentur, ac illorum in quos pensiones ipse transferentur, commoditati, securitati, & indemnitati quantum Nobis ex alto conceditur providere cupientes, ac quorumcumque privilegiorum, indulgentiarum, & facultatum transferendi pensiones hujusmodi, seu illarum loco fructus, redditus, & proventus Ecclesiasticos reservatos, & reservandos quibusvis personis cuiuscumque status, gradus, ordinis, praeminentiae, & dignitatis existentibus, etiam Cardinalatus honore fulgentibus seu alias specificas, & individua mentione, & expressione dignis, etiam, motu proprio, ac de Apostolicae potestatis plenitudine, ac cum quibusvis clausulis, derogationibus, & Decretis per quoscumque Romanos Pontifices praedecessores nostros, ac etiam per Nos, & Sedem praedictam haecenus quomodolibet concessorum, literarumque Apostolicarum tam sub plumbio, quam in simili forma Brevis, Cedulae motus proprio desuper expeditarum, & Chi-

rographorum cujusvis Romani Pontificis manu subscriptorum tenores, etiam veriores, & datas, aliaque omnia, & singula, etiam specialem, & individua mentionem, & expressionem requirementia, praesentibus pariter pro plene, & sufficienter expressis, & insertis, ac exactissime, & accuratissime specificatis habentes, motu proprio, non ad cuiusquam Nobis super hoc oblate petitionis instantiam, sed ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicae potestatis plenitudine, ut de caetero omnes & singuli, etiam S. R. E. Cardinales, seu quavis alia praeminentia, & dignitate praediti, & alias quomodolibet qualificati, seu specificam, & individua mentionem requirentes, quibus ejusmodi Indulta, privilegia, & facultates transferendi pensiones annuas super fructibus, redditibus, & proventibus, juribus, obventionibus, & emolumentis undecumque provenientibus, & in quibuscumque rebus consistentibus, ac distributionibus, etiam quotidianis, & manualibus Patriarchalium, Metropolitanarum, Cathedralium, Abbatialium, aliarumque mensarum, ac Dignitatum, etiam majorum, & principalium, personatum, officiorum, praepositarum, praepositatum, Canonicatum, & Praebendarum, aliorumve quorumlibet cura, & sine cura secularium, & cuiusvis Ordinis, Congregationis, & Instituti regularium Beneficiorum reservatas, seu illarum loco fructus, redditus, & proventus hujusmodi reservatos, sive per viam cassationis, & novae reservationis, sive simplicis translationis, seu alia quomodolibet haecenus a Sede Apost. concessa sunt, & in futurum tam per Nos, quam per Romanos Pontifices successores nostros, & Sedem praedictam concedentur, eorundem privilegiorum, Indulgentiarum, & facultatum vigore dimidiam dumtaxat, seu dimidia minorem partes ipsarum pensionum, seu fructuum, reddituum, & proventuum illarum loco reservatarum hujusmodi, quas, & quos vigore prima reservationis, seu in eos factae translationis de praesenti percipiunt, & pro tempore percipient, seu legitime percipere possunt, & poterunt respective, transferre valeant; ita tamen, ut ejusmodi translationes, si servata ceteroquidictorum privilegiorum, indulgentiarum, & facultatum, ac praesertim quoad quantitatem pensionum, fructuum transferendorum in eis expressam forma, & dispositione factae fuerint, tamen fructus, redditus, & proventus, jura, obventiones, & emolumenta, & distributiones, etiam quotidianae, & manuales mensarum, aliorumque Beneficiorum hujusmodi pensionum, & fructuum reservatarum oneribus ultra eorum medietatem adhuc gravata remaneret, nihilominus firmas, validas, & efficaces existant, nec ex capite excessus medietatis fructuum, aliorumque praedictorum in vim praedictae Constitutionis Urbani praedecessoris, quam in hac parte quoad futuras translationes nullius roboris, & momenti fore decernimus, ullo modo impugari possint, tenore praesentium perpetuo statuimus, & ordinamus.

Dimidia seu minor pars pensionis tres ferendae intelligenda est respectu quantitatis, quam pensionarii percipiunt.

Translationes vero jam peractae, ut tenore tenentur, ostendendum erat, medietatem, dimidiam factae fuerint iuxta formam facultatum, valide declarantur.

Clausulae.

§.4. Decernentes eandem praesentes literas, & in eis contenta quaecumque, etiam ex eo, quod praefati, & alii quilibet, etiam specificas, & individua mentione digni, ac Cardinalatus honore fulgentes, in praemissis interesse habentes seu habere quomodolibet praetendentes illis non con-

consenserint, nec ad ea vocati, & auditi, seu cause, propter quas ipsae praesentes emanarint adductae, specificatae, & iustificatae non fuerint, aux ex alia quolibet, etiam quantumvis juridica, pia, & privilegiata causa, colore, praetextu, & capite, etiam in corpore Juris clauso, etiam enormis, enormissimae, & totalis laesionis, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis nostrae, seu interesse habentium consensus, aliove quolibet, etiam quantumvis magno, & substantiali, ac incogitato, & incogitabili, individuaque expressionem requirente defectu notari, impugnari, infringi, retractari, in controversiam vocari, seu ad terminos Juris reduci, aut adversus illas aperiitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque Juris, facti, vel gratiae remedium intentari, vel impetrari, aut impetrato, seu etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus concessio, vel emanato quempiam iudicio, vel extra illud uti, seu se juvari ullo modo posse, sed eandem praesentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter, & inconcussae observari.

§.5. Sicque, & non aliter in praemissis censeri, atque ita per quoscumque Judices ordinarios & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, & Apostolicas Sedis Nuncios, aliove quolibet quacumque praeminentia, & potestate fungentes, & sancturos, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & definiti debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.6. Non obstantibus facultatibus, privilegiis, Indultis, aliisque praemissis, ac de Jure, quaesito non tollendo, & quod Cardinales praedicti sub Regulis, & Constitutionibus faciendis non comprehendantur, ceterisque nostris, & Cancellariae Apostolicae Regulis, necnon praedicti Urbani praedecessoris, aliisque Apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, ac quibusvis, etiam Juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, styliis, usibus, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus, privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis praefatis, aliisque personis, & collegiis quibuslibet sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis, derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis Decretis etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus, ac etiam consistorialiter, & alias quomodolibet in contrarium praemissorum concessis, ac pluries, & quantumcumque vicibus iteratis, confirmatis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem impor-

tantes mentio, seu quavis expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, exprimerentur, & inferrentur, praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permanens, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ac plenissime, & amplissime derogatum esse volumus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.7. Ut autem praesentes literae omnibus facilis innotescant, volumus illas, seu earum, exempla ad valvas Basilicae Principis Apostolorum, ac Cancellariae Apostolicae, & in Acie Campi Florae de Urbe publicari, & affigi, sicque publicatas omnes, & singulos quos concernunt, perinde afficere, ac si unicuique illorum personaliter intimatae fuissent.

§.8. Ipsarum vero praesentium literarum, transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prout fides tam in iudicio, quam extra illud ubicumque locorum haberi, quae haberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae, vel ostensa.

Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die VII. Februarii MDCLXXVIII. Pontificatus nostri Anno Secundo.

XXXIII.

Confirmatur Decretum Capituli S. Petri de Urbe, quo adscripta fuerit beneficia Abbatiae S. Rufilli Foropompilien. Clericis idoneis ipsius Dioecesis

Pius IV. anno 1564. 12. Kalend. Julii univ. mem. Capitulari d. Basilicae Vaticanae eandem Abbatiam cum exemptione a solutione quinquennii.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad perp. rei memoriam.

Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Capitulum, & Canonici Basilicae Principis Apostolorum de Urbe, quod cum quorundam perpetuorum cum cura, & sine cura Beneficiorum Ecclesiasticorum intra limites Jurisdictionis Monasterii Abbatiae univ. S. Rufilli Terrae Foripompilii nullius Dioecesis Provinciae Ravenatensis eidem Basilicae Apostolica auctoritate perpetuo, ut asseritur, uniti consistentium, dum pro tempore vacant, collatio, cessantibus tamen reservationibus, & affectionibus Apostolicis, canonice spectet ad Capitulum, & Canonicos ipsius Basilicae pro tempore existentes, qui illa turnatim per hebdomadas conferre consueverunt: ipsi Exponentes die 22. Novembris proxime praeteriti Capitulariter Congregati, ut subditorum dilecti Monasterii commodis consulere, eosque ad clericalium virtutum, atque ministeriorum studia propostis praemiis incitarent, decreverunt, ut Beneficia hujusmodi imposterum per hebdomadarios Clericos Monasterio praedicto, sive illius Jurisdictioni subditis quando reperirentur idonei, exclusis exteris, conferrentur, & alias protu-

Dat. 27. Febr. 1678. Ana.

Species facti.

Collatio beneficiorum Abbatiae S. Rufilli spectat ad Capitulum S. Petri de Urbe Causa Decreti Capitularis

Concessa fuit facultas restringendi alternativam ad solos Provinciales, & Definidores.

dilectum filium Procuratorem Generalem Ordinis predicti audiverunt, consilio: Tibi Alternativam a Te statutam ut praefertur, auctoritate nostra Apostolica moderandi, & restringendi ita ut deinceps Provincialatus, & Definitorum Provinciae praedictae Officia dumtaxat comprehendat quamcumque necessariam, & opportunam facultatem eadem auctoritate tenore praesentium concedimus, & impartimus, salva tamen semper in praemissis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium; non obstantibus praedictis Clementis praedecessoris literis, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon omnibus, & singulis illis, quae in eisdem Clementis praedecessoris literis concessa sunt non obstante, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 19. Julii 1677. Pontificatus nostri Anno Primo - I. G. Slusius.

Juxta quam facultas Prior Generalis moderatus est illam.

§.3. Haecigitur Apostolica auctoritate muniti, ea qua par est in Catholici Regis literas reverentia, partibus insuper videlicet R. P. M. Fr. Francisco Montano Provinciae Quitenis Procuratore, & R. P. M. Augustino Montesdoca ejusdem Provinciae Alumno semel, atque iterum auditis, quinimo eorumdem petitionibus Nobis factis in supplici libello propria eorum syngrapha subscripto inclinati, praedictum nostrum Decretum de Alternativa tenore praesentium, & auctoritate, ut supra, necnon de consilio RR. Adm. PP., qui nobis assistunt, moderamur, & restringimus, ita ut ceteris ejusdem Clausulis, quae ad Priorum, & cetera Officia praefatum Decretum extendunt revocatis, & annullatis, eisque revocatas, & annullatas esse censentes Alternativam, & aequalitates ad Provinciales, Definitorum, & Visitationum Officia dumtaxat restringimus, & coarctamus, prout restrictum, & coarctatum esse volumus, & declaramus, non obstantibus quibuscumque.

Modus servandus in hac nova alternativam.

§.4. Ut autem dissensiones, & lites circa praedicti Decreti observantiam, intelligentiam, & executionem impofterum penitus tollantur; per has nostras Decretales literas, & de consilio eorumdem RR. Adm. PP., qui Nobis assistunt, declaramus primo, quod Provincialis in immediate futuro Capitulo Provinciali eligatur ex alia partialitate, ac sit Provincialis electus pro currenti quadriennio: Itaut si hic sit Hispanus in Capitulo futuro eligatur Criollus, & e contra si modernus sit Criollus eligatur Hispanus in sequenti Capitulo. Secundo quod si contingat Provincialem nondum sui Gubernii tempore expleto ex hac vita decedere, aut aliquo quocumque impedimento ita detineri, ut Provincialatus Officium nequeat personaliter exercere, tunc Provinciae Rector, qui ad praescriptum Reverendissimi Valvasorii praedecessoris nostri usque ad celebrationem Capituli Provincialis proxime futuri eligi debet, ex eadem eligatur partialitate, ex qua erat Provincialis defunctus, irritam, ac nullam nunc pro tunc declarantes electionem, qua fieri secus contigerit. Tertio declaramus quod a praedicta Alternativa pro parte eorum, qui in Hispania nati sunt, exclusi intelligantur omnes, & singuli nati in Insulis Canariensis, necnon omnes, & singuli Lusitani alterius domini a Rege Catholico: qui Canarienses, ac Lusitani, si in Provincia Quitenis Professionem emiserint, vel legitime profiliati fuerint, seu in futurum.

profiliari contigerit, potiantur, & gaudeant voce passiva, ceterisque Privilegiis, & prerogativis eodem modo, & sine ulla prorsus differentia, quo ejusdem Provinciae filii ex natis in Indiis vulgo Criolli potiantur, & gaudent.

§.5. Ut vero cuncta in integrum executioni mandentur R. P. Provinciali Provinciae Quitenis pro eo tempore existenti quo praesentes nostrae literae eo pervenerint, committimus, & stricte praecipimus in meritum salutariae obedientiae sub rebellionis nostrae, & privationis vocis activae, & passivae per decennium, ac in subsidium sub excommunicationis majoris latae sententiae, quam hac una pro trina canonica monitione praemissa in his scriptis licet invitaverimus, aliisque nostro, & successorum nostrorum arbitrio ipso facto incurrendis poenis, quatenus nulla obstante, neque admitta supplicatione, appellatione, protestatione, seu reclamatione statim, ac literae ad manus suas pervenerint, nisi forte antecederet ad earum exhibitionem praedicta Alternativa recepta, & admittenda fuerit, ipsamet quantum ad se attinet eandem recipiat, & admittat, compellatque Definitorum etiam privatum ad eam recipiendam, & admittendam, & cum effectu faciat, ut immediate futuro Capitulo Provinciali omnino, & in integrum executioni mandetur. Quod si id praestare neglexerit, seu renuerit, vel legitime impeditus nequiverit, in eius locum Ven. PP. Praesentatos, Fr. Ferdinandum Colorado, & Hyacinthum Moretto ejusdem Provinciae subrogamus, quibus respective, & in solidum tum in spiritualibus, tum in temporalibus auctoritatem, & Jurisdictionem opportunam, & necessariam ad praedictum effectum tenore praesentium concedimus, & impartimus. Praecipimus autem omnibus, & singulis Definitoribus, Visitationibus, cunctisque ejusdem Provinciae Patribus, ac Fratribus, & sub poenis P. Provinciali ut supra in casu renitentiae, & negligentiae taxatis, ut praesentibus nostris literis omnino obediant, & nec per se, nec per alios directe, vel indirecte impedimento esse audeant, quominus in omnibus, & per omnia suum sortiantur effectum. Datum Romae in Conventu nostro S. Augustini die 18. Octobris 1677. - Fr. Nicolaus Oliva Prior Generalis Indiarum - Nostri muneris affixo sigillo - Mag. F. Camillus Cavalus Thinenis Secretarius Ordinis - Registrat lib. V.

§.6. Cum autem sicut eadem expositio subiungebat, quo firmiora sint, & ferventior exactus illa, quae Apostolici muniminis praesidio roborantur. Nobis propterea memorati Caroli Regis nomine humiliter supplicatum fuit, ut in praemissis opportune, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

§.7. Nos igitur piis ejusdem Caroli Regis votis hac in re quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, moderationem Alternativae, & aequalitatis hujusmodi a praefato Nicolao Episcopo tunc Priore Generali factam, ut praefertur, expeditaque desuper illius patentes literas praesentatas, cum omnibus, & singulis in in eis contentis, auctoritate Apostolica tenore praesentium confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos Juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervernerint, supplemus.

§.8. De-

Commissa fuit executio, & observantia hujus decreti Provinciali Quiteni sub certis poenis.

Et renuerit vel impedito alii subrogati fuerit.

Preceptis factis scilicet omnibus Provincialis, ut decreto parenter.

Preces Caroli II. Regis Hispaniarum Pontifici oblatas.

Confirmatur decretum Prioris Generalis de moderatione alternativae.

Classifica.

§.8. Decernentes eandem praesentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suisque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis ad quos spectat, & pro tempore quomodocumque spectabit, inviolabiliter observari: Sicutque in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiendi debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.9. Non obstantibus praemissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus, necnon praefatorum Ordinis, & Provinciae, etiam Juramento, confirmatione Apostolica, seu quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis in contrarium praesentium quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus & singulis illorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis habentibus, illis alias in suo robore permanentibus, ad praesentium effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum sub Annulo Pisc. die XXVI. Jan. MDCLXXVIII. Pontificatus nostri Anno Secundo.

XXXI.

Conceduntur Indulgentiae singulis utriusque sexus tam Ordinis, quam Confraternitatis Habitibus Servorum Beatae Mariae Virginis orationi mentali vacantibus.

Dat. 30. Jan. 1678. An. 2.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

Ad ea per quae animarum Christi fidelium, salus procuratur libenter intendimus, & eorumdem Christi fidelium devotionem, ut in spiritualibus exercitiis ferventius incumbant, coelestium munerum largitione libenter fovemus, & incitamus.

Conceditur vacantibus orationi mentali per quadrantem horae pro qualibet vice Indulgentia octiduum dictum.

Per dimidium horae Indulgentia septem annorum.

Singulis diebus continuis per dimidium, vel quadrantem horae Indulgentia Plenaria semel in Mense, etiam per modum suffragii.

§.1. Itaque de Omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, omnibus, & singulis Fratribus, & Monialibus, ac Tertiariis Ordinis Servorum B. Mariae Virginis, necnon aliis utriusque sexus Christi fidelibus Confratribus, & Confratribus Confraternitatis habitus Sororum ejusdem B. Mariae Virginis dolorosa Dei Matris nuncupat. tam haecenus in Ecclesiis ejusdem Ordinis, seu alibi canonice instituta, quam in posterum ubilibet instituenda, qui per quadrantem horae orationi mentali vacaverint, pro qualibet vice centum dies; qui per duos quadrantes continuatos, septem annos de injunctis eis, seu alias quomodolibet debitis poenitentibus in forma Ecclesiae consueta relaxamus.

§.2. Iis vero, qui devotionis hujusmodi per duos quadrantes continuatos, vel saltem per quadrantem horae singulis diebus, & per totum mensent dabant operam, & vere poenitentes, & confessi SSimum Eucharistiae Sacramentum sumperint, ac pro Christianorum Principum concordia, haeresum extirpatione, ac S. Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam semel quolibet mense omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem, quam per modum suffragii animabus Christi fidelium, quae Deo in charitate conjuncte ab hac luce migraverunt applicare possint.

torum suorum Indulgentiam, & remissionem, quam per modum suffragii animabus Christi fidelium, quae Deo in charitate conjuncte ab hac luce migraverunt applicare possint.

§.3. Insuper, quod dicti Fratres, & Moniales pro oratione mentali, ad quam ratione eorum Regulae, & Constitutionum quolibet die tenentur praedictas omnes Indulgentias, & peccatorum remissiones, ac poenitentiarum relaxationes proportionabiliter lucrari, & consequi possint, & valeant, auctoritate, & tenore praedictis indulgemus, in contrarium facien. non obstantibus quibuscumque. Praesentibus ad septennium tantum valituris.

§.4. Volumus autem, quod si pro impetratione &c. nulla sint. Quodque praesentium transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica &c. ostense.

Datum Romae apud Sanctum Petrum die XXX. Januarii MDCLXXVIII. Anno Secundo.

XXXII.

Confirmatur, & moderatur Constitutio Urbani VIII. circa translationem Pensionum.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Circumspecta Sedis Apostolicae prudentia, Christi fidelium commodis jugiter invigilans, ea, quae alias pro Ecclesiarum, & Beneficiorum Ecclesiasticorum exoneratione optimo quidem constituta fuere consilio, si optatus inde effectus minime proveniat, sed gravia potius exoriantur incommoda, in melius commutare, atque reformare, studet, sicuti magistra rerum experientia faciendum suadet, ac aequi bonique ratio, necnon Ecclesiarum, & Beneficiorum ipsorum utilitas, & Christianorum pax, & tranquillitas noscuntur postulare.

§.1. Cum itaque dudum fel. record. Urbanus Papa VIII. praedecessor noster omnes, & singulas facultates, indulta, & privilegia transferendi quascumque pensiones annuas super Patriarchalium, Metropolitanarum, Cathedralium, & Abbatialium mensarum, & quorumvis Ecclesiasticorum tam secularium, quam regularium Beneficiorum quomodocumque qualificatorum fructibus, tam certis, quam incertis, ac etiam distributionibus quotidianis reservatas, quae tamen per extractionem integram pensionum hujusmodi ab ipsis translatis factam, realem, & actualem effectum sortita non esset, pro summa, quae medietatem veri annui valoris fructuum mensae, seu Beneficii, super quibus pensio transferenda, seu translata reservata reperiretur, excederet, quibusvis personis, etiam Abbatiali, Episcopali, Archiepiscopali, Patriarchali, vel alia quavis dignitate, etiam Cardinalatus honore fulgentibus, five etiam ad favorem quorumcumque locorum piorum, & collegiorum, quovis intuitu, & consideratione, etiam motu proprio, ac ex certa scientia, & de Apostolica potestatis plenitudine, ac cum quibusvis clausulis, & decretis, tam per quoscumque Romanos Pontifices praedecessores suos, quam ipsum Urbanum praedecessorem concessa,

Hic omnes Indulgentiae extenduntur ad Fratres, & Moniales Ordinis, qui ex Regulae, & Constituta tenentur ad Orationem mentalem.

Conceduntur ad septennium.

Dat. 7. Febr. 1678. An. 2.

Procurium.

Summa Constitutionis Urbani VIII.

Revocatae fuerunt omnes facultates transferendi pensiones, ultra eam medietatem.

prout plenius continetur in eorum Decreto Capitulari desuper emanato, tenoris, qui sequitur, videlicet. Fidem facio per presentes Ego Notarius publicus, & ad curam Archivi Sacrosanctae Basilicae Principis Apostolorum de Urbe deputatus infra scriptus qualiter in libro Decretorum Capitularium ejusdem sacrosanctae Basilicae fol. 90 inter caetera legitur, ut infra videlicet - Die 22. Novembris 1677. fuit Capitulum, & interfuerunt RR. DD. Josephus Maria Suaresius Episcopus olim Vafionen. Vicarius, Nestor Rita Archiepiscopus Sebasten., Franciscus Maria Scotrus, Thomas Vanninus, Joannes Vincentius Arata, Alexander Casalius, Ludovicus Lenfius, Bonamens de Augustinis, Marius Columna, Michael Angelus Zacharia, Leonardus Marfilius, Julius Riccius, & Marcus Antonius Mariscottus omnes Canonici supradictae Sacrosanctae Basilicae capitulariter congregati decreverunt, quod quaecumque beneficia curata, & non curata vacantia in Abbacia S. Rufilli Foro Pompilien. conferantur imposterum per DD. Hebdomadarios illis de eadem Dioecesi, quando reperiantur idonei, exclusis exteris, unde iidem de Dioecesi gaudeant in Clericatu profecisse, & inde servitium Ecclesiae, & decus Abbatiae augeantur. In quorum &c. Dat. hac die 13. Januar. 1678. Ita est Josephus Balduinus Presb. Rom. pub. Apostolica auctoritate Notarius, & ad curam Archivi Secretariae Basilicae S. Petri deputatus.

§.1. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, dilectus filius noster Carolus Barberinus S.R.E. Cardinalis Carolus nuncupatus dictae Basilicae Archipresbyter non solum Decreto hujusmodi consenserit, sed etiam dictis Exponentibus significaverit gratum sibi fore si etiam ipsius nomine confirmatio ejusdem Decreti a Nobis, & hac Sancta Sede obtineretur: Nobis propterea ipsi Exponentes etiam ejusdem Caroli Cardinalis, & Archipresbyteri nomine, humiliter supplicari fecerunt, ut pro Decreti hujusmodi in Divini Servitii incrementum vergentis perpetua firmitate, & ne unquam ab illis Capitularium tam praesentium, quam futurorum illius observantia, sub praetextu quod illi non ligentur, seu quod illi non consenserint, aut ex alio quocumque titulo, & capite, etiam validitatem, & justitiam ipsius Decreti concernente, in controversiam vocari possit, opportune sibi in praemissis providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

§.2. Nos igitur Carolum Cardinalem, & Archipresbyterum, ac Exponentes praefatos specialis favore gratiae prosequi volentes, ipsorumque exponentium singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodata existunt ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, Decretum Capitulare praesertim auctoritate Apostolica tenore praesentium confirmamus, & approbamus, illiqui inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adjicimus: ac omnes, & singulos Juris, & facti defectus, etiam substantiales, si qui desuper quomodolibet intervenerint, seu intervenisse dici, censeari, vel praetendi possent, supplemus, ipsumque Decretum a pra-

Decretum, quo statutum fuit, ut beneficia abbatiae conferantur per Hebdomadarios Clericos ejus Subditos, si essent idonei.

Preces Archipresbyteri, & Capituli.

Confirmatur praedictum decretum.

fatis modernis, & pro tempore existentibus Archipresbytero, ac Capitulo, & Canonicis Basilicae praedictae, eorumque singulis ad quos spectat, & spectabit in futurum inviolabiliter observari debere.

§.3. Praesentes vero literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari: Sicque in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

§.4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit dictae Basilicae, aliisque quibusvis etiam Juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, Privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die XXV. Februarii MDCLXXVIII. Pontificatus nostri Anno Secundo.

XXXIV.

Conceditur Indulgentia Plenaria perpetua visitantibus aliquam ex Ecclesiis tam Canonicorum Regularium, quam Monialium Ordinis S. Antonii Viennen. in festis SS. Antonii Abbatris, S. Augustini, & S. Monicae.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Celestium munerum Thesaurus, quorum Dispensatores Nos esse voluit Altissimus, cum ad Christianae pietatis incrementum, & animarum Christi fidelium salutem profuturos speramus, libenter elargimur.

§.1. Supplicationibus itaque dilecti filii moderni Abbatis Generalis Canonicorum Regularium Ordinis S. Antonii de S. Antonio Viennen. sub regula S. Augustini nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, ac de Omnipotentis Dei misericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi omnibus utriusque sexus Christi fidelibus vere poenitentibus, & confessis, ac sacrae communionis refectis, qui aliquam ex Ecclesiis tam Canonicorum Regularium, quam Monialium Ordinis hujusmodi haec tenore erectis, & in posterum quocumque erigendis, ac ubicumque locorum existentibus in Sancti Antonii Abbatris, ac S. Augustini, & S. Monicae festis diebus a primis vespere usque ad occasum solis dierum hujusmodi singulis Annis devote visitaverint, & ibi pro Principum Christianorum concordia, haereticum extirpatione, & Sanctae Matris Ecclesiae exaltatione pias ad

Clausula.

Dat. 25. Febr. 1678. An. 2.

Exordium.

Preces Abbatris Generalis.

Concessio d. Indulgentiae Plenariae perpetuae.

De-

Deum preces effuderint, quo die praedictorum id egerint, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus. Praesentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

§.2. Volumus autem, ut praesentium transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis, eadem fidei ubique adhibeatur, quae ipsis praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostense.

Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die XXV. Februarii MDCLXXVIII. Pontificatus nostri Anno Secundo.

XXXV.

Transfertur Indulgentia Plenaria Perpetua in alium diem pro Ecclesiis Fratrum, & Monialium Ordinis Eremitarum Sancti Augustini in Etruria.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad perp. rei memoriam.

Xponi Nobis nuper fecit dilectus filius Dominicus Valvasorius Vicarius Generalis totius Ordinis Fratrum Eremitarum Sancti Augustini, quod alias fel. rec. Clemens Papa Decimus praedecessor noster, supplicationibus Venerabilis Fratris Josephi Eufanii Episcopi Porphyriensis Sacrarum Nostrae Apostolicae, tunc sui Praefecti, nomine sibi super hoc humiliter porrectis inclinatus; Omnibus utriusque sexus Christi fidelibus vere poenitentibus, & confessis, ac Sacrae Communionis refectis, qui missae solemni in quacumque Ecclesia, tam Fratrum, quam Monialium Ordinis praedicti quotannis die vigesima Octobris, qua officium de Nomine Beatae Mariae Virginis, cum lectionibus, & officio in Toletana Dioecesi die decima Septima Septembris recitari solitis ab omnibus tam Fratribus, quam Monialibus ejusdem Ordinis in universo Orbe existentibus recitari consuevit, celebranda interfuissent, & ibi pro Christianorum Principum concordia, haereticum extirpatione, ac Sanctae Matris Ecclesiae exaltatione, pias ad Deum preces effudissent, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem sub certis modo, & forma tunc expressis, in perpetuum concessit, & alias, prout ipsius Clementis praedecessoris literis in simili forma Brevis die sexta Augusti 1672. desuper expeditis, quorum tenorem praesentibus pro sufficienter expresso haberi volumus uberius continetur.

Concessa fuit a Clem. X. Indulgentia plenaria omnibus adstantibus Missae solemni in Ecclesia tam fratrum, quam Monialium Ordinis Eremitarum S. Augustini die 20. Oct.

Causa translationis.

Preces Vicarii Generalis.

§.1. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, in omnibus Ecclesiis tam Fratrum, quam Monialium, ac etiam secularium Clericorum in tota Etruria existentibus, Officium praedictum de Nomine Beatae Mariae Virginis, Dominica prima post Octavam Festivitatis Nativitatis Beatae Mariae Virginis, ex concessione, seu Indulto Apostolico, recitari soleat, ac propterea dictus Dominicus Vicarius Generalis Indulgentiam praedictam, quoad Ecclesias Fratrum, & Monialium Ordinis praedicti in Etruria consistentes, ad dictam Dominicam transferri plurimum desideret:

Transfertur Indulgentia ad primam Dominicam post Octavam Nativitatis B.M. V. in Ecclesiis d. Ordinis in Etruria.

§.2. Nos supplicationibus ejusdem Dominici Vicarii Generalis nomine Nobis super hoc humiliter porrectis, inclinati, Indulgentiam plenariam praedictam, a die 20. Octobris, ad primam Dominicam post octavam Festivitatis Nativitatis Beatae Mariae Virginis, itaut Christi fideles, qui vere poenitentes, & confessi, ac sacrae Communionis refecti, dictae Missae solemni Dominicae praedictae, in quacumque Ecclesia tam Fratrum, quam Monialium Ordinis praedicti in Etruria existent. celebranda, interfuerint, & ut supra oraverint, eandem indulgentiam consequantur quam consequerentur, si Missa hujusmodi dicta die 20. Octobris interesset, auctoritate Apostolica, tenore praesentium, servata tamen in reliquis praedictarum Clementis praedecessoris literarum forma, & dispositione, perpetuo transferimus. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die IV. Martii MDCLXXVIII. Pontificatus nostri Anno Secundo.

XXXVI.

Habentur ratae, & firmae electiones omnes, etiam dubiae, quae a Fratribus Eremitis Sancti Augustini in Capitulis Provincialibus Indiarum fiunt, donec illuc pervenerint Prioris, vel Vicarii Generalis de iis contraria definitio.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Xponi nobis nuper fecit dilectus filius Dominicus Valvasorius Mediolanen. Vicarius Generalis Ordinis Fratrum Eremitarum Sancti Augustini, quod in Provinciis Indiarum, & praesertim Quinensi dicti Ordinis non raro evenit, ut post solemnem celebrationem Capitularum Provincialium habitam in loco ad id specialiter designato, post legitimam electionem Prioris Provincialis per scrutinium factam a majori parte Electorum unanimi consensu in unum intendendum, post electi Prioris Provincialis confirmationem, a Praesidente Capituli publice promulgatam, & post caeteras electiones tum Definitorum, & Visitatorum, tum Priorum localium, ac Doctrinarios rite similiter expeditas, vix hujusmodi electionibus factis, aut imminente ejusdem Capituli dissolutione, vel imminente post absolutionem, ac etiam post aliquot menses, imo, & annos, quibus tam Prior Provincialis, quam caeteri Superiores legitime, ut praefertur electi respective munere suo specificae sancti fuerint, nihilominus nonnulli malo spiritu adducti, eo quod fortassis in praefatis Capitulis non obtinuerint ea, quae sibi antea consequenda proposuerant, & alia cordi habebant obtinenda, contra jam electum, confirmatum, & actualiter exercentem officium Provincialatus potissime insurgant, ac etiam contra Definitores, Visitatores, reliquosque Priores locales, & Doctrinarios ejusdem debitam denegantes obedientiam, honorem, & praestationem, vanasque causas tanta contumacia adducentes. Quinimo ad aliam electionem potissime Prioris Provincialis tumultuose, & clandestine irrumpunt, & ad

Dat. 27. Mart. 1678. An. 2.

Species facti.

secularia causam sepe per viam ( ut vocant ) auxiliatricem deferunt, contententes super validitate, aut nullitate electionis prefati Prioris Provincialis, ceterarumque electionum, unde Provincia illa miserrime turbatur. Tunc enim in dubium vocantur receptiones Novitiorum ad regularem habitum, solemnes eorumdem professiones, facultates ad excipiendas confessiones, institutiones Doctrinariorum, seu Parochorum pro administratione Sacramentorum, sententiae translatae in auctoritatem rei iudicatae, tum absolutorie, tum condemnatorie a prefato Priori Provinciali, vel Diffinitorio, aut a Prioribus localibus prolatae, ceterique actus iudiciales, & extrajudiciales utilitatem publicam, vel privatam respicientes, pro nullis, & invalidis habentur; utque pertinacius in sua persistant obstinatione, non obtenta a Superioribus facultate veniendi Romam, longa suscipiunt itinera & ad longum tempus contra prescriptum Constitutionum Ordinis predicti, ac Decretorum hujus Sanctae Sedis vagantur.

Mala inde orta.

Causa Constitutionis.

Preces Vicarii Generalis.

Preceptum Religiosis omnibus Indiarum sub certis penis, ut Officialibus in Capitulis Provincialibus electis, & a Praefidente Capituli confirmatis pateant.

§.1. Cum autem sicut eadem expositio subjungat ob immanem Terrae, Marisque ab hac alma Urbe Indiarum distantiam, non facile succrescentibus hujusmodi malis opportune possit a Superiore generali dicti Ordinis aptari medela: Nobis propterea dictus Dominicus Vicarius generalis humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportune providere, & ut infra in dulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

§.2. Nos igitur estrictam illam licentiam, insurgendi contra Superiores, eisque debitam obedientiam denegandi compescere, ac Provinciarum praedictarum quieti quantum nobis ex alto conceditur consulere cupientes, dictumque Dominicum Vicarium Generalem a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de Ven. Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negociis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium praepositorum, qui dilectum filium Procuratorem Generalem Ordinis praedicti audiverunt, consilio, auctoritate, Apostolica tenore praesentium perpetuo statuimus, & ordinamus, ut si in Quitensi, vel aliis Indiarum Provinciis praedictis electio Prioris Provincialis facta fuit per suffragium secretum a majori parte Electorum, eoque a Praefidente Capituli successive confirmata, omnes, & singuli Provinciarum hujusmodi respective Religiosi, cujuscumque gradus, dignitatis, & conditionis existant, sub privationis vocis activae, & passivae, ac graduum, & dignitatum, seu officiorum per eos obtentorum, perpetuaeque inhabilitatis ad illa, & alia in posterum obtinenda, ac etiam majoris excommunicationis poenis ipso facto incurrendis, teneantur non solum ab alia electione Prioris Provincialis abstinere, sed etiam ipsi Priori Provinciali, seu Rectori Provinciali, aliisque ut supra respective electis, & institutis, secuta confirmatione praefata a Praefidente facta debitam exhibere obedientiam tam in temporalibus, quam in spiritualibus, non obstante quacumque protestatione, aut ap-

pellatione, etiam post confirmationem hujusmodi facta, vel interposita de jure; Nos enim ad hunc effectum ex certa scientia, & de Apostolica potestatis plenitudine suppletos intelligi, ac pro suppletis haberi volumus omnes, & singulos alios defectus, etiam substantiales, Juris, & facti, si forte intervenerint in supradictis electionibus, & confirmationibus, illasque per quoscumque Iudices, etiam Palatii Apostolici Auditores, quoad omnes, & singulos juris effectus haberi, & judicari tanquam legitime, & Canonice factas, interim, & quousque ad Quitensem, seu alias Indiarum Provinciis praedictas respective Prioris Generalis, vel Vicarii Generalis ejusdem Ordinis determinatio pervenerit, legitimeque de ea constiterit, & intimata fuerit quibus de jure constare, & intimari debet.

§.3. Quod si lite pendente super validitate, seu nullitate Capituli Provincialis, vel cujuscumque electionis inflet dies praefixus celebrationi novi Capituli Provincialis, possint nihilominus, & teneantur omnes Electores ad locum destinatum convenire, & juxta Sacros Canones, Concilii Tridentini Decreta, ac Apostolicas, & dicti Ordinis Constitutiones novum Capitulum Provinciale hujusmodi celebrare, nec ratione talis litis pendente, seu nullitatis praetensa quiscumque contra ipsius Capituli validitatem coram quocumque Tribunali ullo modo quidquam opponere possit. Idemque sit, & intelligatur, etiam si post dictum Capitulum Provinciale congregatum, seu jam peractum supervenerit ad Provinciam, vel ei intimer sententia annullatoria Prioris Generalis, vel Vicarii Generalis, aut nova electio Prioris Provincialis, seu Rectoris Provincialis, aliorumque Officialium; quae omnia ad effectum annullandi Capitulum provinciale congregatum, & seu jam peractum, prout supradictum est, tanquam inutilia, ac si nullatenus emanassent, omnino habeantur, & judicentur; proindeque praefatum Capitulum Provinciale ita, & prout supra celebratum ab eodem Priore, seu Vicario Generali confirmari debeat, dummodo alias canonice, & legitime celebratum sit. Nec tamen ex hoc aliquis ullo modo occasionem sumere possit malitiose occultandi, alterandi, seu differendi exhibitionem & publicationem quarumcumque literarum, in quibus contineatur annullatio, vel nova creatio Electorum tum in capite, tum in membris, si forsitan a Priore, vel Vicario Generali ita provisum sit, teneatur sub eisdem poenis, & censuris ille (etiam si sit Prior Provincialis actualis) ad cujus manus literas hujusmodi pervenire contigerit, ipsas manifestare, vel intimare illi, vel illis, quibus de Jure manifestari, seu intimari debent.

§.4. Ceterum, ut nemo praesentium literarum ignorantiam praetendere possit, volumus, ut illae statim atque ad Quitensem, aliasve Indiarum Provincias praefatas respective pervenerint, publicentur, perpetuisque futuris temporibus in singulis earundem Provinciarum Capitulis Provincialibus post recognitionem Praesidentis, ipse, antequam ad aliquam electionem deveniatur, teneatur mandare, ut omnibus capitulariter congregatis ipse praesentes literae una cum reliquis Constitutionibus de more legendis legantur; salva tamen semper in praemissis auctoritate Congregationis memoratorum Cardinalium.

Et ideo electionem eorum defectus, si qui sint, supplicatur.

Quinimo, si illi sub iudice sit, adhuc interesse queit novo Capitulo Provinciali

Nec illud irritum censeri debet per subsequentem Priorem, vel Vicarium generalis de aliqua electione, contracta sententiam.

Quam publicare tenentur sub certis poenis si ad quos spectat.

Clausula.

§.5. De-

§.5. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque Iudices Ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scitur, vel ignoranter contigerit attentari.

§.6. Non obstantibus praemissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon Provinciarum, & Ordinis praefatorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque Indultis, & literis Apostolicis in contrarium praemissorum, quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.7. Volumus autem, ut earundem praesentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides tam in iudicio, quam extra illud ubique locorum habeatur, quae haberetur ipsis praesentibus, si forent exhibite, vel ostense.

Datum Romae apud S. Petrum sub Anno Piscatoris die XXV. Martii MDCLXXVIII. Pontificatus nostri Anno Secundo.

XXXVII.

Dat. 1. Aprilis 1678. A. n. 2.

Supprimitur Collegium Secretariorum Apostolicorum a Callixto III. aliisque Romanis Pontificibus institutum.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Proemium.

Romanus Pontifex ex debito Pastoralis officii illi divinitus injuncti, non solum ad ea, quae Universi Christiani Gregis animarum salutem respiciunt; verum etiam, quae ad Sedis, & Camerae Apostolicae, cui diversa onera incumbunt necessitatibus jugiter imminentibus, indemnitate pariter, & sublevamen pertinere noscuntur, vigilantiae suae aciem dirigens, ea, quae certis suadentibus causis per suos praedecessores in erectione officiorum Romanae Curiae fuerunt ordinata, & instituta, interdum ex aliis non minus rationabilibus causis immutare, & quandoque ad pristinum statum reducere, aut etiam in totum supprimere consuevit, prout rebus diligenter, & mature discussis, & examinatis, ac rerum necessitas, & temporum vicissitudo requirunt, sicque conspiciunt in Domino salubriter expedire.

Ortus & progressus Collegii.

§.1. Dudum siquidem consueverant ab antiquo tempore Romani Pontifices praedecessores nostri, ut promptos haberent viros industriosos quarum opera in magnis, & arduis Apostolicae Sedis negotiis uti possent, ac etiam pro celeriori

eorundem negotiorum expeditione quamplures eligere, ac deputare Secretarios, quos fel. rec. Callixtus III., & Pius II. praedecessores nostri ex certis causis ad numerum sex reducerunt; postmodum fel. rec. Innocentius VIII. similiter praedecessor noster, ut decori, & universitati ejusdem Sedis & Curiae, ac faciliori, celeriori, diligentiori, & magis accurate expeditioni Brevium, aliarumque literarum Apostolicarum opportune consuleretur, ac etiam ut aliquibus tunc nimium urgentibus Camerae Apostolicae indigentis occurreretur, decem, & octo alios elegit, seu assumpsit, ac deputavit, adeout in simul cum praefatis sex jam extantibus Collegium viginti quatuor Secretariorum constituerent, eidem Collegio, & Secretariis diversos annuos redditus, & emolumenta inter singulos Secretarios pro tempore existentes aequis portionibus dividenda, & distribuenda, assignando, & applicando, eoque etiam creando veros Palatii Apostolici Praefatos, ac familiares, & continuos Commensales, aliasque plures eis concedendo prerogativas, & praerogativas latius contentas in ejus Constitutione sub datum Romae apud S. Petrum anno Domini Incarnationis 1487. pridie Kal. Januarii Pontificatus Anno Quarto.

§.2. Et quoniam intuitu dictorum emolumentorum eidem Collegio applicatorum ab illo pro subventionem dictarum urgentium necessitatum Camerae, & Sedis Apostolicae, fuerat persoluta summa sexaginta duorum millium, & quatuor centum florenorum, seu ducatorum, auri de Camera, idcirco idem Innocentius praedecessor statuit, & decrevit, quod in eventum, in quem praefati Officii revocatio, aut alteratio sequeretur, restitui deberet integra dicta summa sexaginta duorum millium, & quatuor centum ducatorum de Camera, in quibus nullo modo imputari possent emolumenta interim percepta sibi reservata facultate alium deputandi in Secretarium domesticum, ut pariter latius in eadem Constitutione continetur; quia vero nonnulli cupiebant variis modis ad antecedens Officium Secretariatus ascendere, praeter ejusdem Pontificis desiderium, ac voluntatem, quae fuit, ut ad illud non admitterentur, nisi personae qualificatae tam etate, quam doctrina, quemadmodum ipsum Officium requirit; idcirco idem Innocentius per alias ejus literas in forma Brevis sub datum Romae apud S. Petrum prima Februarii 1488. anno pariter 4. statuit, quod nullus ad idem Officium assumatur, nisi prius ab eodem Collegio, previo examine approbatus, & acceptatus fuerit, cui quidem Collegio alii Romani Pontifices successores, & similiter praedecessores nostri praefata privilegia, & prerogativas confirmarunt. Exortisque deinde aliquibus controversis pro illarum compositione, & terminatione fel. rec. Pius V. itidem noster praedecessor per ejus motum proprium sub datum Romae apud Sanctum Petrum pridie nonas Maii anno sexto quamplura ejusdem Collegii favore statuit, & decrevit praefertim, ut haec Officia nullo unquam tempore per Romanos Pontifices pro tempore existentes revocari, reduci, alterari, aut moderari, seu Collegium ipsum supprimi, vel extingui possent, nisi restituti prius realiter, & cum effectu singulis Secretariis tunc viventibus integre, & absque ulla diminutione pecuniarum, pro quibus eos officia emisse, aut habuisse con-

Eius privilegia.

G. site.